vero reddimus infinitas. quies tamen
totius regionis in vobis plene con-
sistit cum maiores sitis numero
et potentia et obstet quod causam
in perpetuum comittamus quieti
contrariam vel unde possit oriri
discordia. Nam et raro contingit
quod minores maioribus vim in-
ferant nec presumitur quod de
aliquibus iniurientur eisdem.
Super facto vero tornani nullam
habemus potestatem cum per no-
biles quorum est proprium nobis
contradicentibus teneatur. et vo-
lentes idem domini forte cor-
pus integrum conservare disso-
lutionem membrorum audire
minime patiuntur. confitemur
tamen collata servitia per subse-
quentia opera non linita per-
optantes vobis dissimilibus dante
Domino respondere ut quiescat
quisque de paribus honeratus et re-
stituat totum quod possidet alienum.